



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXXXIX. Papa sciens inhabilitatem censetur tacitè dispensare, fallit
tamen in duobus casibus hîc notatis. Clausulæ derogatoriæ quem
effectum habeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO LXXXIX.

Papa sciens inhabilitatem censetur tacite dispensare, fallit tamen in duobus casibus hic notatis. Clausula derogatoria quem effectum habeant.

R.P.D. Ludovico postea S.D.N. Gregorio XV. *Inter impres. Ludovici Decis. 109.*

Interamnen. bonorum.

Luna 5. Maii 1663.

S U M M A R I U M.

- 1 Milites Hierosolymitani sunt verè Religiosi, nec habent testamenti factionem.
- 2 Amptia etiam in milite non claustrali. Et prescriptio commende.
- 3 Præceptoris sunt beneficia manualia.
- 4 Monachus non reddatur testabilis ex habitatione extra claustrum.
- 5 Monachus, etiamsi fiat Episcopus, non potest testari.
- 6 Tot dispensationes requiruntur, quot sunt obstacula.
- 7 Dispensare censetur Papa sciens inhabilitatem.
- 8 Hoc procedit non in cognitione personæ, sed in scientia in actu qui geritur, quæ sit expressa in privilegio, vel ex ea colligi possit.
- 9 Item non habet locum ista regula quando agitur de præiudicio tertii.
- 10 Derogatoria derogatariorum quando censentur sufficienter sublata.

Domini perstiterunt in resolutis, quia indubitatum est milites Hierosolymitanos esse interstabiles, quia non solum stabilimenta id expresse disponunt, sed etiam quia ut sæpius Rota resoluit, sunt verè religiosi, qui non habent facultatem testandi, *c. cum ad monasterium in sin. de statu Monach. late Franc. in rubr. de testam. in 6. n. 65.*

Non obstat quod Frater Ludovicus non esset claustralis, sed professus commende, & propterea haberet velle ac nolle *gl. in c. 2. in ver. religiosos de testam. in 6. quia hoc non*

Bbb 2

non procedit in his militibus, ut per *Mobedan. dec. 10. de cau. poss. & propriat. & illi*
 3 *præceptoræ non sunt beneficia perpetua, sed manualia, & ab illis possunt milites*
nutum Magni Magistri amoveri, ut dicit ibi Mobedan. & sapius Rota resoluit; ultra
 4 *quod habitatio extra claustrum non facit Monachum testabilem, ut videmus in Mo-*
nacho facti Episcopo, qui testari non potest. Gl. in c. 1. & ibi Conarruv. de testam. Fran-
 5 *ind. rubric. n. 76. stante autem inhabilitate personæ Fratris Ludovici ad testandum*
non iuvatur privilegio, quod tantum habilitat ad disponendum de rebus Ecclesie
asticis, & nihil disponit super incapacitate personæ, & tamen tot requiruntur habili-
 6 *taiones, quot obstacula, Gem. conf. 33. fuit dictum coram Sanctissimo in Pharen. persona*
& in Romana Palatii 5. Junii præterius coram R. P. D. meo Sacrato.
 Non obstat clausula *omnibus & singulis*, quæ ostendit privilegium esse conce-
 sum etiam singulariter, quia nihilominus non est magis latum, nec ulterius extenditur
 in persona unius, quam in persona alterius. Nec facit quod Papa sciverit habitam
 7 professionem Fratris Ludovici, ita ut propterea videatur dispensasse, quia regula non
 procedit in cognitione personæ, sed in scientia in actu qui geritur, quæ sit expressa in
 8 litteris privilegii, vel ex eis colligi possit. *Gl. in c. statutum in verb. literarum de rescrip-*
in 6. Natta. conf. 420. n. 22. Sarnen. in reg. de iure quæst. non toll. q. 18. n. 4. Nec habetis-
cum, quando agitur de præiudicio tertii, ut hæc religionis, cuius sunt bona. Felicius
in 6. Sarnen. ubi sup. sub. n. 4. in fine de excepte. Franc. in c. un. sub. n. 6. vers. hoc tamen fallit de excep-
 9 *prelat. in 6. Sarnen. ubi sup. sub. n. 4.*
 Domini etiam persistunt in ea sententia, quod facultas testandi, quatenus in
 d. privilegio esset concessa, esset sublata per constitutionem Pii V. nec relevant clau-
 sula derogatoria derogatoriarum in privilegio appositæ, quia satis sunt sublata per
 10 clausulas constitutionis, videlicet ibi: *etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialiter*
specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum &c. Federic. de Sen. conf. 147. n.
vers. & hoc intelligo verum Alexan. conf. 7. n. 17. l. 4. Jason. conf. 124. col. 3. vers. suem præ-
dicta fortius l. 2. Paul. de Castro conf. 206. n. 1. vers. præterea ista mentio l. 1. Joan. de
conf. 56. n. 3. præsertim accedente etiam clausula pro expressis. Anton. Butr. Butr. n. 10.
Mobedan. dec. 1. de rescript.